



1756

1. Balomann, Hieronymus: De foemina ex antiquitate bar-  
lyobosque Romanis Germanicis et praesertim Tubcoribus
2. Humannus, Jo: De juris Germanici generis recte  
internoscendo
- 3<sup>a</sup> Humannus, Johann: De re diplomatica Ruraria  
II Imp. Reg.
- 3<sup>a</sup> Nagelius, Joh. Andreas Michael: Disputatio inamy,  
que rixasias juris naturae christianorum  
patere disputationi subiicit.
4. Wuef, Joh. Georgius Jacobus: De divisione legitima  
extrajudiciali ob meritoriam laesionem nec impugnanda  
nec rescindenda nec reformanda.

1757.

1. Hopperus, Johannes Benedectus: De quibusdam causis  
exheredationis

2. Hubh, Tobias : De testamento caeci et illustrand.  
test. reform. Nov. tit. 29. l. 2 §. Mund. v. i. v. h. l.
3. Ley, Georg : De onere inventarii
- 4<sup>a</sup>.<sup>1</sup> Schlozer, Hieronymus Petrus : De bonis Testatorum  
veterum v. i. v. h. l. Schul. Baum. 3 Gaedl.
5. Stiglyz, de Courden : De usu et ac presentia  
tabulae Praejudicis in jure Romano  
1758.
1. Treubler, Ioannes Laurentius : De exceptione senatus  
consulti Macedoniani si defensoribus filiorum  
veteris senatus.
2. Hoffmann, Benh. Mauritius : De revocatione  
testamentorum ex jure Germaniae principis  
explicata



3. Hantner, Christophorus Functorem : De testamentis  
veneticum infirmis

4. Hantner, Francus Leopoldus : De testimoniis in iurato  
et illud. l. 5 § 2, 3, 4. et lib 6 tit. 7. ref. Nov.  
1789.

1. Haffner, Johannes Bernhardus : De lege 6 hac et de  
Cur. de secundis nuptiis ad Germanorum mores ante  
applicanda.

2. Meier, Fridricus Augustinus Wilhelmus : De iure  
successionis ex pacto et providentia majorum.

3. Tersydyensky, Daniel : De estione hereditatis,  
aut de modo aquirenda hereditate ex legibus  
aeriarum succincta Disquisitione praenotata.

4. Fresendorfer, Fr. Maria Christophorum: De amand  
psemine minus pleura

1766.

1. <sup>act.</sup>  
H. Pelabech, Ludovicus Christophorum: De iuribus aer-  
7. spiorum et, utriusque quorundam leges lit. De  
reform. Nov. 2. Inept.

3. 2. Vogelius, Gustavus Philippus: De praemiorum  
accessoriorum Candemio in Fencina antato  
vulgo Ann. Hans. Huter. Diet?

2



1757.4a  
Q. D. B. V.

41 9

DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA  
DE

# BANNO IVDAEORVM

QVO  
SECVNDVM LEGES S. R. I. LIBERAE CIVITATIS  
AD MOENVM FRANCOFVRTENSIS  
RES AMISSAE VEL FVRTO ABLATAE  
RESTITVTO PRETIO  
RECUPERANTVR  
VVLGO

## VOM IVDEN-SCHVL-BANN.

AD S. LXXXI DER NEVEN IVDEN-STAE TTIGKEIT.

QVAM  
IVSSV ET AVCTORITATE  
MAGNIFICI IVRECONSULTORVM ORDINIS  
PRO LICENTIA  
SVM MOS IN VTROQVE IVRE HONORES  
ET PRIVILEGIA DOCTORIS  
RITE CONSEQVENDI  
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI  
EXPONIT  
HIERONYMVS PETRVS SCHLOSSER  
AD MOENVM FRANCOFVRTENSIS  
SOCIETATI TEVTONICAE DVCALI QVAE HELMSTADII FLORET  
ADSCRIPTVS.

DIE XXIIIX IVLII MDCCCLVII.



ALTDORFI NORIC. STANNO HESSELIANO.





41

DISSECTATIO INNOVATIONIS IURIDICAE  
DE  
BANNIS IUDAEORUM

SECUNDUM LEGES S. R. LIBERAE CIVITATIS  
AD MORNVM FRANCOPOLITANIS  
REI AMISSAE VEL PARSIS ABOLITAE  
CRISTIVTO PRITIO  
RECVPERANTVR  
VVLGO

VOM IVDEN-SCHAL-BANN.  
VON DER NEVEN IVDEN-STATTIGKEIT

1752 ET AUCTORITATE  
MAGNIFICI IURISCONSULTORVM ORDINIS

PRO LICENTIA

SVMMO SIN VTRIOVE IURE HONORIS  
ET PRIVILEGII DOCTORIS  
PABLICO ERVDITORVM EXAMINI

THEODORVM PETRVS SOHN OSSER  
AD MORNVM FRANCOPOLITANIS  
SOCIETATE THEOLOGICE DVCAE HEM/TADE FLORE  
ADSCRIPVS

THE XXIX IULII 1752

MDCCCLIIII





VIRO  
AMPLISSIMO ET CONSULTISSIMO  
DOMINO  
ERASMO CAROLO  
SCHLOSSER

I. V. L.

INCLVTAE REIPUBLICAE PATRIAE  
AD MOENVM FRANCOFVRTENSIS  
SCABINO ET HODIE CONSVLI SENIORI  
PATRI SVO

INDVLGENTISSIMO OPTIMO

DVM SVPEREST NOSTROS REGERET QVI SPIRITVS ARTVS  
SANGVINIS ET FRAGILI CORPORE GVTTA FLVAT

COLENDO VENERANDO



SPECIMEN HOCCE INAUGVRALE

CVM SINCERO  
OMNIS PROSPERITATVM GENERIS VOTO

PIA MENTE

ET

OMNI QVAE FILIVM DECET CVLTV  
ET REVERENTIA

OFFERT

FILIVS OBSEQVIOSSISSIMVS

HIERONYMVS PETRVS SCHLOSSER.





*F*iliali plenus pietate et reuerentia,  
PATER EXOPTATISSIME! hasce  
pagellas, quas, quadriennio in Aca-  
demiis feliciter elapso, Themidis Sacris initian-  
dus, conscripsi, conspectui TVO tradere venera-  
bundus audeo, non qui officiorum meorum erga TE  
partem exsolutum iri credam, sed ut publicum,  
quod diu iam sum meditatus, pietatis meae exstet  
monumentum. Certe, si parentibus aequivalens  
pretium reddi nequit, qui, vulgari saepe erga li-  
beros amore flagrantes, functos se parentum officio  
credunt, si corporis curam rite habuerunt, potum,  
escam, vestimenta, et quae ad animantis vitam  
pertinent reliqua, praebuerunt, animae vero ut  
excolant vires, ne in somnio quidem vel cogitans  
quid TIBI debebo, OPTIME PATER! qui animae  
curam, cum ea, quae est corporis, tam egregie  
coniunxisti? qui optimis praeceptoribus erudiendum  
a tenerrima aetate me tradidisti? qui auxilio et  
ope



ope me semper adiuuisti? imo, qui, impatiens dum  
rogarem, desiderijs meis in omni re praeuenisti?  
Sed mearum nunc est partium, ut, saltem quantum  
fieri potest, desiderijs TVIS satisfiat. Mearum  
autem dico partium? quid miseri mortales sine IM-  
MORTALIS DEI auxilio, qui

πᾶσιν ἀρχὴ καὶ τέλος

τοῖς εὐφρανοῦσι, γίνεταί πᾶτος βίου?

Huic commendemus negotia nostra, cui charior  
est homo, quam sibi. Hunc supplex veneror et pro  
TVA, PATER INDVLGENTISSIME! salute,  
ardentissimis votis compello. Hic vires TIBI lar-  
giatur, cui in turbidis, quibus viuimus, meliora spe-  
rantes, temporibus, PATRIAE DVLCISSIMAE  
salus demandata est. Hic TE seruet, et cum PIA  
ac BENIGNA MATRE nostra seris temporibus  
saluum praestet et incolumem, mihi vero, quibus  
gratissimum erga TE animum testari possem, lar-  
gissimas det occasiones. Vale, OPTIME PATER!  
nec, cui et in posterum faueas, indignum me habe.

Dabam in Alma Noricorum Academia,

390 VII Cal, Aug. A. R. S. clobcclvii,





§. I.

E speciali Banno Iudaeorum, speciminis in-  
auguralis loco, pauca dicturus, non inanem <sup>atroitus.</sup>  
aut superuacancum facere mihi videor la-  
borem, LECTOR HUMANISIME, si praemissa  
quadam Iudaeorum Moeno-Francofurtren-  
gum, inprimis vero eius, quae vulgo *die Stättigkeit* audit,  
legis, historia, ad altiora viam mihi sterno, non qui velim  
verbosos commentarios facere, sed yr eo plenius omnia,  
quae tradentur, intelligi ac percipi possint. Pleraque ete-  
nim leges, historia speciali destitutae, nauseam potius mo-  
uent lectoribus, quam adpetitum. Sed ne quis totum me  
campum istum, spaciosum, vastum, immensae magnitudi-  
nis, exaraturum credat, paucis, pro virium nostrarum ten-  
nitate, a prima origine earantum repetere consticui, quae  
ad rem nostram adprime faciunt. Omnem Iudaeorum si cui  
volupe est scire historiam, adeat Virum, quem Patria nostra  
progenuisse gloriae sibi ducit maximae, PERILLVSIR. DOM.  
HENR. CHRIST. L. B. de SENCKENBERG. S. C. Maiestatis Consilia-  
rium in summo Imperii tribunali aulico, longe famigeratissi-  
mum, qui, in elegantissima *de iuribus ac priuilegijs aorium*  
*illato.*



*illatorumque in concursu creditorum tum in genere tum in specie quoad mulieres Iudaeas, commentatione, plenissimam, pro ca quae tantum Virum ornat, eruditione, historiam exhibet.*  
 1) Nos Francofurtensia paululum illustrare tentabimus. At at, ignoscas CANDIDE LECTOR, iam in limine huius qualiscunque dissertationis ignorantiam profiteri cogor, eamque profundam. Sed quid vis faciam idoneis monumentis destitutus? Quando, et quibus ab oris aduenerint in urbem patriam Iudaei, ignoramus. Tam confusa omnia, tam perplexa, tam incerta, ut vel ipso Ariadnes filo duce ex isto labyrintho egredi vix, ac ne vix quidem, speremus. Est certe, qui saeculo iam VI Francofurti fuisse Iudaeos contendit, Vir de ecclesia patria optime quondam meritis B. DOM. IO. GEORG. GRAMBS 2) animarum, dum viueret, in vrbe Patria pastor vigilantissimus, at, nullo quod vinci nequeat fultus argumento, in consensum nos rapere haud potuit. Istud vero ambabus, ut aiunt, largimur manibus, Iudaeos iam ante saeculi IIX annum XCIV 3) domicilium sibi

incerta  
 primi iu-  
 daeorum  
 in patr. ad-  
 ventus  
 tempora.

- 1) Cap. in primis II.
- 2) In exerc. Acad. sub praesidio B. DAVID. CLODII de *Synagogis Iudaeorum* Gissae, MDCLXXXII habita, C. VI § 9 p. 47. ex qua dissertatione haec sententia in immortalis LERNERIANAE familiae ornamentis, B. DOM. ACHILL. LERNERI *Chronic. Erf. P. I L. I c. 43* p. 554 migravit. V. sis B. IO. IAC. SCHVDT. Gymnasii quondam Patrii Rectoris fidelissimi, Viri cum de omni re literaria, tum de Iudaica in primis egregie meriti, *Jüdische Merckwürdigk. L. IV. C. I.*
- 3) Conf. et hic B. SCHVDTIUM I. c. et, quem honoris causa DOMINO, Virum Consultissimum et eleganter Doctum  
 DOMI-



sibi in alma patria Ciuitate fixisse; eoque lubentius largimur, quo magis Ciuitatis iam tum splendorem, Iudaeorum, que insignem lucri cupiditatem considerantibus, veritati accedere haec nostra sententia videtur. Reliqua indefinita omnia, eruditorum conjecturis relinquimus.

§. II.

Nec multum nostra interest, an quo praecise tempore aduenerint in urbem patriam Iudaei, sciamus. Sufficit nunc ibi esse, quorum de iure solliciti sumus, oportet. Mis-<sup>De statu Iudaeorum</sup> sa igitur faciamus illa, et statum potius Iudaeorum, quae disquisitio plus habet utilitatis, consideremus. Verum enim vero, eo meliori ut omnia ista fiant ordine, ternis periodis ternum Iudaeorum statum proferamus, et (I) Qualis fuerit ante CAROLVM glor. m. IV? (II) Qualis sub isto Imperatore? et (III) denique quid memoratu digni, post ipsius obitum, circa Iudaeos contigerit, videamus.

Ab eo fere tempore, quo Germaniam nostram ingressi sunt Iudaei, iuris erant regii, 1) fisco Imperatorum obno-<sup>(1) ante CAROL. IV.</sup> xii,

A 3

DOMINVM D. IO. PHILIPPVM ORTHIVM, qui famigeratissimus ICtus vinculo consanguinitatis nobis iunctus, tanta iam fauoris sui erga nos, et beneuolentiae specimina dedit, quae ingrati animi reos nos facerent, si publice ea celebrare superfederemus, *in seinen Anmerkungen vber die Franckfurter Reformation I. Fortsetzung p. 106.*

2) confer consummatissimi ICti DOMINI D. IO. HEYMANNI fautoris ac praeceptoris nostri multis nominibus colendi, *Initia iuris politiae Germanorum § CCXII*, quem libellum, pro insigni, quo omnes liberalium artium cultores complectitur, fauore, necdum totum typis scriptum, nobiscum communicauit Cui merito iungimus Lipsiae ornamentum, *ILL. GOTTOFR. MASCOVIVM de censu Iudaico.*



erant serui  
fiscalini. xii, serui, poterant donari, vendi, et quod ad  
venditionem via est, oppignorari, vel, alio quocunque ad  
transferendum dominium habili titulo, in alium transferri.  
2) Hinc Imperatores saepius vocantur: *Obrisse vnd Richter,*  
*denen die gemeine Iudischeit ohne Mittel,* h. e. solis, *zugeho-*  
*rig:* Hinc CAROLVS Aug. ait: *Wenn auch alle Iuden mit Leib vnd*  
*Guth in unsere Cammer gehören,* h. e. Camerae, seu fisco no-  
stro viuant obnoxii. Hinc et ipsi Iudaei, etiam post tempore  
aureae Bullae, licet rarius, *Kammerknechte* 3) audiunt. Ne  
vero istum titulum praerogatiuam quandam, et prae ipsis  
ciuibus praecminentiam concedere Iudaeis credamus,  
quod, nescio quo ausu, olim quidam statuebant, quos re-  
futatos videbis in B. CHRISTIANI WILDVOGELII dissertatione  
*de Iudaeorum receptione et tolerantia.* 4) Non enim honorabi-  
le cubiculariorum in aula Imperatoris munus sustinebant,  
quibus id potius officii datum erat, vt, tanquam publici vsu-  
rarii, pecuniam colligerent, imperatorisque et statuum im-  
perii

- 2) Non destitit tur exemplis historia, vide sis PERILL. DOM.  
L. B. de SENCKENBERG in *comment. de iur. ac priu. dot. illa-*  
*tor.* etc. C. II. §. VI. Quasi vero nullum nos haberemus  
quod producere possemus exemplum. Ipsa Iudeorum  
Moeno-Francofurtensium Historia cum oppignora-  
tionis, tum venditionis exhibet exemplum, de quibus §  
qui sequetur, agendum nobis erit.
- 3) Vox ista *der Kammer Knechte* diuerse a diuersis latine red-  
dita. Hi camerae seruos, illi cubicularios, alii aliter. Fallor, aut  
optime totam vocabuli vim exhauserunt, qui seruos il-  
los adpellant *fiscalinos.* Ceterum videas de hac ad-  
pellatione ILL. GODOFR. DAN. HOFFMANN, in *Comment. de*  
*aduoc. Imp. Iud. Sect. III. §. XIII.*
- 4) Thes. VII.



perii fidei inferrent, ad quod negotium, tunc imprimis,  
 quum Christianorum vix vllus mercaturam quaestuosam exer-  
 ceret, nati plane videbantur. Haec in genere de Iudaeis  
 dixisse sufficiat, restat adhuc, vt de nexu AMPLISSIMUM SE-  
 NATVM inter, et Iudaeos, qualis ante D. CAROLVM IV fuerit, <sup>iusdictio</sup>  
 pauca dicamus. Concedimus, ancipitem esse disputationem, <sup>Senatus.</sup>  
 interim tamen, quis, quaeso, nullam in immorigeros Iu-  
 daeos competiisse SENATVI iurisdictionem, adfirmare audeat?  
 Credibile potius est, leges iam tum quasdam praescriptas  
 fuisse Hebraeis, imo, ipsius tolerantiae legis natales, in hac  
 temporis periodo, quaerendos esse, putauerim, Ne vero  
 maiorem, quam fas est, fidem exposcere nobis videamur,  
 quae in hanc sententiam nos tulerint argumenta, subnecta-  
 mus. Dicit nempe CAROLVS IV in tabula oppignorantis,  
 de qua iam iam sumus loquuturi: *Wir wollen auch das nye-*  
*mand dieselben Iudden besament oder besunderen soll laden, noch*  
*eyschen an geistliche noch an wvernliche Gerichte, noch für vnser*  
*Gerichte, noch für vnsern Obersten Camerer, noch für vnser Hoff-*  
*richter, oder für nyemand, dann hat yne ymand icht zu zu spre-*  
*chen, der sol Rechi von yne nemen für vnsern Schultheissen vnd*  
*Scheffen zu Franckfurt am Gerichte vnd anders nyrgen, als*  
*von Alder gevonnliche ist gevvesen, Lude oder ysche sie dar-*  
*über ymand, es wvere wvye oder wvere es wvere, an was ge-*  
*richte das wvere das en sollen sie nicht verantwvorten.* 5) EN!  
 prouocat his verbis Imperator ad antiquitus receptum mo-  
 rem, ad antiquam consuetudinem, quam de nouo nunc re-  
 petit et confirmat. Nec exigui quoque momenti sunt, quae  
 antiquitatem huius iurisdictionis sat clare demonstrant, AN-  
 NALES DOMINIC. COLMAR. ad annum MCCXCII, ex quibus huc  
 fa-

5) Confer et hic Virum de iure patrio egregie meri-  
 tum DOM. D. OATH. I. Forisf. p. 117.



facientia transcribere volumus: "Francofortenses expensas a rege electo petunt. Moguntinus obligauit pro rege castra et villas pro XX millibus Marcarum. Rex exactionem in Iudaeos tentauit, sed non potuit; resistente Sculteto Franckfordiano." Fal-lor, aut haec omnia mirifice stabiliunt sententiam nostram, et ius quoddam, aut iurisdictionis speciem quandam iam tunc habuisse SENATVM Patrium luculenter demonstrant.

§. III.

Nolumus aliis, quae Iudaeos aluere, ciuitatibus, idem in Iudaeos ius negare, et credimus potius, quum nullum quod exceptionem parere potuisset, Patria habuisset priuile-gium, vbique in Germania, et omnibus, simile quoddam ius competiisse. Sed nostri non est de hoc iudicare, qui re-lictis ceteris, Moeno-Francofurtensium solum Iudaeorum historiam, qua fieri potest breuitate, delineare in animo ha-bemus. Haec vero erat rerum iudaicarum, ante CAROLI IV tempora, conditio, haec rerum facies. At nunc,

(II)  
sub CA-  
ROLO IV.

fert animus mutatas dicere formas,

oppigno-  
rat Iudae-  
os,

sub pacto  
antichri-  
sticos.

vendit.

Ad illud scilicet ordo nos ducit tempus, quo, moderante imperii fraena D. CAROLO IV, status Iudaici notati dignissima mutatio contigit. Oppignorauit hic Imperator anno saecu-li XIV quadragesimo nono Iudaeos, vt verba tabulae sonant, *gemeinlichen — reich und arm, die ieszund da sind oder hernach dorkommen mögen, samenthafft besunders, ihr Leib und ihr gut,* AMPLISSIMO SENATVI Ciuitatique Francofurtensi 15200 obu-lorum libris, Pfund Heller, ea lege, *dass sie zu der Stadt gehoe-ren eigen und sonst niemand versetzt seyn sollen, mit allen Nu-tzen Gefallen und Dinsten, oder vwie sie ihrer genießen koennen,* adiecto itaque, quod antichristicos adpellari consuevit, pacto. Postea vero, anno scilicet MCCCCLXXII idem gl. mem. Impera-



perator, eosdem Iudaeos, olim iam pignori datos, 6000 flor. vrbi Patriae, integra tamen sibi reuolitione, vendidit, et quaecunque ipsi competeabant iura, in SENATVM Ciuitatemque Patriae transtulit. Nunc ergo proprio iure possidebantur Iudaei, nunc SENATVI Ciuitatique, ab omni specialiore cum Imperatore nexu liberi, viuabant obnoxii.

§. IV.

Sic rem narramus, LECTOR HVMANISSIME, fulti praesidio <sup>dubia:</sup>  
 Viri Consultissimi DOM. D. ORTHI, legum Francofurtensium Interpretis vt prudentissimi, sic felicissimi. 1) Sed non omni dubio caret narratio nostra. Sic enim in tabulis, quas exhibet, Vir, cum de omni, tum imprimis de patrio iure egregie meritus PERILL. L. B. de SENCKENBERG in *Sel. iur. et Histor. Tom. VI*, venditos legitimus: *unser Halbrheil der Iuden das vvir da habenn*. Quid? ergo non omnes venditi? ergo non de omnibus, non nisi de dimidia quadam parte hic sermo est? Augent, et mirifice augent hunc scrupulum S. C. Maiestatis Dominis Commissariis, praeteriti saeculi primis temporibus, lite tum SENATVM inter et Ciues orta, a Delectu Ciuium, *bürgerlichen Ausschuss* dicto, exhibitae literae supplices, 2) quibus inter alia et hoc insertum: Imperatorem alios adhuc Francofurti Iudaeos habuisse, maioribus forte nominibus sibi obstrictos, eosque, anno demum MDCCLXXII, rogantibus id Francofurtensibus, reseruata tamen sibi reuolitione, vendidisse. Anno dein MDCCLXXVI ter centum adhuc flores, in pignus constitutum, fuisse numeratos. Ad hoc quod attinet, nescius quo fonte hauserint illa Deputati Ciuici, quod respondeam nil habeo, licet limpidum illum fuisse mihi persuadere nequeam. Primum vero scrupulum ita eximi

B

pos-

1) Anmerk. 1 Forts. p. 108 et 109.

2) V. sis *Diar. Histor. Francof.*



posse crediderim : Duplex erat 3) anno MCCCLXXVII, et iam ante Iudaeorum genus Francofurti. Moguntini, quos pleno iure, consentientibus Imperatore et Imperio, ab Archiepiscopo Moguntino emit 4) SENATVS PATRIÆ, Anno MCCCLIX; et Imperatorii, de quibus hic nobis est sermo. Hisce Moguntinis opposuisse videtur Imperator suos, *seinen Halbheil*, ita vt Moguntini Imperatoris dimidiæ parti respondeant. Corroborant hanc, qualemcunque sententiam, ipsius Imperatoris verba, dicentis : *Vnser Halbheil der Iuden, das wir da habenn, non: das Halbheil vnserer Juden*. Et eo magis in istam feror sententiam, quo minus vnquam in scriptis publicis, id tempus tangentibus, huius dimidiæ partis mentionem iniici, animaduerti. Inspeci, quotquot inspiciendi facultas mihi data est, omnia diplomata, 5) nec in villo, nisi de omnibus Iudæis quidpiam inuenire potui. Iuuat quaedam huc

3) CELEBERR. DOM. D. ORTH. l. c.

4) Iudæi Moguntini hodie ita sunt mixti cum Imperatoriis, et quos Iure cum statibus Imperii a CAROLO V communicato, (v. Ref. Pol. MDXLIX, MDLXXVII tit. 20. B. KNIPSCHILD. L. II. c. 30 n. 4 aliosque, quos vide sis ad legatos in DOM. D. IO. DAN. PESCHMANNI diss. *de Iudæo creditore. Altdorf* MDCCXXXIII.) recepit Patria, vt separari amplius profus nequeant. Ceterum omnem istorum historiam specialem intelliges, si MCCCLIX emtos fuisse scis, Nec de tertio genere, iure scilicet status Imperii receptis, quid dicam. Noctuas enim quis lubens Athenas feret?

5) Exhibet multas, id genus, tabulas, Vir nostra laude longe maior, PERILL. L. B. de SENCKENBERG. *in Sel. Iur. et Hist. Tom. VI Fasc. XII*, et alibi passim. Quibus certe collectionibus quantum luminis Iurisprudentiæ Germanicæ accenderit, dici vix potest.



huc facientia transcribere. Ita in literis, quibus operam se daturum spondet Imperator, ut Electorum consensus oppignorationi accedat, de A. MCCCXLIX, dicit: *Vnser vnd des Reichs luden.* RVDOLPHVS PALATINVS, ut et reliqui Electores, in Consensualibus: *seine vnd des Reichs luden.* Porro, quibus, se nemini amplius pignori daturum Iudaeos promittit Imperator, de a. MCCCXLIX: *Vnser vnd des Reichs luden.* WENCESLAVS in confirmatione MCCCXC: *die luden die bei inen geseffen*, et in reliquis, quae breuitatis studiosus omitto. Quum itaque nullibi quidpiam de dimidia ista parte inuenire potuissem, et in hac re prae laudati DOM. D. ORTHI sententiae subscribere, nullus dubitauit.

§. V.

Venditis hoc pacto Iudaeis, mox fieri non posse re-  
 luitio putabatur. 1) Omnes potius, qui sequuti sunt in Im-  
 perio CAROLVM IV, Imperatores, omnia rata habuerunt,  
 confirmarunt, comprobarunt, cuius rei memorabile exem-  
 plum, quod regnante D. SIGISMUNDO contigit, exhibet *Diav.*  
*Histor.* 2) Nec tacendum, anno MCCCCXXXIX quum reluitio ten-  
 taretur, opposuisset SENATVM: Opus esse Iudaeis Francofurti,  
*ob Cameram*, 3) quae ibi sit, Imperii. Plura collegit exempla

(III)  
 post CA-  
 ROL. IV

tentatur  
 reluitio.

B 2 CEL.

1) *Anmerck.* l. c. p. 111.

2) p. 78. lit. γ.

3) Varios *Cameræ* significatus explicat in glossario CAROLVS du CANGE. Vrbs patria cur Camera vocetur v. sis facpius adleg. CEL. D. D. ORTH. Tomo, qui iam sub praelo est, publici iuris breui futurus, nouissimo, p. 34 sqq. quem, pro ingenti Tanti Viri in me fauore, hisce laboribus occupato, mecum communicauit. Hoc interim certissimum est, maiori dignitate semper fuisse tales vrbes, et prerogatiuam quandam ex hoc titulo ha-

2.  
 2.  
 2.



et a Leopoldo, a quo  
 aestimatur,  
 tentatur relucio,  
 tollitur pactum, et Ciuitati adjudicantur.

CEL. DOM. AVCTOR *adnotationum* l. c. p. 111 sq. quo ablegasse Lectores sufficiat. Vnum tamen illud illibatam relinquere non possumus, quod, moderante fasces imperii D. LEOPOLDO annis MDCLXXX *sqq.* contigit. Illo enim tempore quum grauissimum gereretur cum Turcis bellum, visum est Imperatori omnes Iudaeos, et, inter illos, Francofurtenses 100000 flor. aestimare, Amplissimoque simul Urbis patriae SENATVI rescribere, se Iudaeos repetiturum et fructus legitimarum modum vsurarum exsuperantes, postulaturum. Tunc cerneret verpos demisso vultu, tristes, cernuos, SENATVM adire, rogare, petere, flagitare opem et auxilium. Mouit ea res INCLVTVM Patriae SENATVM, qui, missis VIENNAM literis et de putatis, eo denique rem dirigerent, vt, datis 20000 florenis non immunes solum ab omni collecta pronunciarentur, sed etiam, sublato penitus isto relucionis pacto, pleno iure, et indissolubili modo, SENATVI Ciuitatique Patriae adjudicarentur, proprii fierent. 4) Nunc ergo proprio iure, eoque plenissimo, possidentur, et solis SENATVI et REIPUBLICAE, viuunt.

§. VI.

Possent hunc, ni fallor, vt in hoc mihi credas, LECTOR HUMANISSIME, meo quasi iure postulare, quum satis superque pateat ex dictis, plenissimo iure ad Patriam pertinere Iudaeos

habuisse, vid. ILLYSTR. DOM. IO. DANIEL. DE OLENSCHLAGER. Senatoris Patriae meritissimi et optimi fautoris nostri *Geschichte des Roem. Kayserthums in der ersten Helfte des XIV Jahrhunderts* § CXXVIII not. 3.

- 4) Videas quoque *Cap. nouiss. Art. I § 9. Art X §§ 1, 2, 3, et inprimis 4. Quibus iungas Instr. pac. Os-nabr. Art. V § 26. Francf. neuus Priuil. Buch. p. 501 sqq. iunge B. PHIL. KNIPSCHILD. de iur. et prim. Civ. imp. L. II C. 30 n. 4.*



Iudaeos, omniaque quae habuit Imperator iura, in illam esse deuoluta. Non indiget amplius probatione res nostra. Clara omnia. Tamen, vt, si quis residet adhuc, omnem Tibi scrupulum extraham, argumento dicta firmabo. Inualuit mos, qui apud omnes peraeque seruatur, vt singuli, qui in ciuilem societatem recipiuntur, homagio quodam ad officijs eo certius satisfaciendum adstringantur. Adstringuntur et Iudaei, in subditorum. (Ciuium enim honorifico titulo penitus interdiciuntur, *neue Juden stättigkeit*. § 32) numerum recipiendi, et iurant, nulla Imperatoris iniecta mentione, *den Burgermeistern, Schoeffen, vnd Rath dieser Stadt gehorsam zu seyn*. 1) Nouum quam pleno iure ad Ciuitatem pertineant, qui ius commorandi in vrbe habent, Iudaei, argumentum. Imo, ne nouo quidem Imperatori, capiti et supremo totius Germania*e* iudici, homagium olim praestiterunt. En! quam firmiter ista muniant ea, quae in medium protulimus. Hinc, quis tantum nomen nesciat? ILLVST. IO. IAC. MOSER in vastissimo *iuris publici* opere, Tom. IV p. 74 inquit: *Heutigen Tags dörfste vwohl schwerlich irgendwo vblig seyn, das die Iuden dem Kayser huldigen*; postea vero, meliora edoctus, contrarium docet in *den Zusaezen zum II Theil p. 502*. Mutata etenim rerum facies, in primis quod ad Francofurtenses attinet, 2) et exigenti homagium CAROLO glor. mem. VI, contradicente quidem SENATV, remque

amplius probatur.

Iudaei homagium praestant

Solis Coss. Scab. et Senatu,

Olim ne nouo quidem Imperatori,

hodie tamen.

B 3

nouam

1) *V. Neue Iuden Stättigkeit* § 1.

2) *Zusaezze zum II Theil l. c. vbi et de Wormatiensibus aliisque Iunge quae, notatu digna certe, idem ILL. DOM. AVCTOR differit P. XLIII p. 45, in primis quod ad Francofurtenses. Totam rem enucleatam videbis in ILL. GODFR. DAN. HOFFMANNI, Tubingensis Icti famigeratissimi, de Aduocacia Imp. Iudaica praesertim de homagio, doctissima commentatione Sect. III § 32, cui iungas CELEBERR. DOM. AVCT. adnot. I Forts. p. 115.*



nouam, et hoc modo inusitaram antea, dicitante, primum praestitum est anno huius saeculi XI. Quod et post illum CAROLO P. M. VII, 3) et qui hodie Imperii fraena moderatur, AVGVSTISSIMO FRANCISCO, postulantibus, iuratum est, ita vt in formula: *getreue Knechte*, et in sponione: *so vvahr mir helffe Adonai*, dixerint. In receptionis vero iuramento nil plane mutatum est.

§. VII.

transitus  
ad leges Iu-  
daeorum.

Expositis nunc, omni qua fieri potuit breuitate, quae de statu Iudaeorum huc facere nobis videbantur, aegedum LECTOR, paucis adhuc de legibus quibus reguntur degentes in Vrbe patria Iudaei, dicamus. Equidem hodie non amplius solum, alias

soliti contemnere leges,

Iudaicum ediscunt, ac seruant et metuunt ius

Tradidit arcano quodcunque volumine Moses;

non suis mere constitutionibus, et, quae postera tempora addiderunt, figmentis, inhaerere liberum ipsis est; nec Rabbini ipsorum constituunt tribunal; sed, necessitate coacti, ciuilibus nostris legibus parere tandem aliquando didicerunt. quid olim? Olim quidem, primis istis temporibus, quibus, discussa gentium superstitionis caligine, radiare in solis Imperatorum coepit Christi religio, nimium indulserunt odio in Iudaeos Caesares Christiani, 1) Sub his enim, in omnibus causis, quae tam ad superstitionem eorum, quam ad forum, et leges, ac iura pertinebant, sollempni more iudicia

3) V. ILL. MOSERI *Zusaezze* l. c. ubi historiam exhibet.

1) Vide PERILL. L. B. DOMINI de SENCKENBERG saepius adleg. commentat. Cap. II. iunge ILL. HOFFMANNI comment. adleg. Sect. inpr. I et II.



cia adire, omnesque Romanis legibus conferre et excipere actiones cogebantur. l. 8 C. de Iudaeis et Caelicolis. Nimum dura haec est constitutio, conscientiarum libertati perquam contraria. Qui enim sciens recipit alius sectae homines, id ipsis tribuisse videtur, ut integra habeant, quae ab ipsorum superstitione dependent, nisi expresse fuerint sublata. 2) Hinc et hodie, saeculis, quibus plus fauoris habet conscientiarum libertas, haec constitutio mutata est et reformata. Quid enim? In omnibus hisce negotiis quae ad superstitionem Iudaeorum pertinent, consuetudinibus certe a maioribus acceptis, reguntur, in aliis vero omnibus, (et nil iustius,) statuario et communi iuribus subsunt, nec vllas sibi leges ferre possunt. Et quidem Francofurti ab omni legum ferendarum potestate, quam vix vnquam habuerunt, excluduntur. Anno iam MCCXXXVI Carolus IV Imperator, Praetori rescripsit Francofurtensi: Ne Iudaei, praetore incscio, legem condere, aut, nisi ipse aequum bonumque credat, iudicium exercere sustineant. 3) In lege uero tolerantiae et quidem § 1, ubi de homagio a recipiendis praestando agitur, ne, nisi *vor des Reichs Gericht zue Franckfurt, oder bey dem Rath vnnndindert anderswo, dann dabines der Rath oder das Gericht vveist*, ius suum prosequantur, cautum est; leuissimis tantum liticulis 4) exceptis, de quibus vide

hodie  
quid?

Francof.

§ 98

- 2) CELEBERR. DOM. D. HEVMANNVS l. c. § CCXV n. 2.
- 3) *Prinil. Buch.* p. 167, coll. Viro LL. Patriae Interprete doctissimo in *adnot.* Tomo noviss. p. 234.
- 4) Intelliges ipse, Iudaeum contra Iudaeum agere tunc debere, si enim contra Christianum, aut Christianus contra Iudaeum, tunc, teste B. KNIPSCHILD. de iur. et priu. ciu. Imp. L. II C. 30 n. 4 forum etiam actoris sequuntur Christiani. Hae causae leuiore in *Corp. Const. March. P. V S. V* p. 140 dicuntur: *die 5 bisß 6 thal. ausmachen.* In Silesia



forum  
compe-  
tens,

in proces-  
sualibus;

politicis.

die Stättig-  
keit.

nomen.

§ 98 *der neuern Iudenshaftigkeit*. Quam igitur omnis exercen-  
di iudicia potestas inhibita sit Iudaeis, operae pretium puta-  
mus, quo in primis iudice gaudeant, paucis exponere. Ex  
speciali vero Imperatoris privilegio, §) in negotiis ordi-  
nem iudiciarium respicientibus, iudices habent DO-  
MINOS PRAETOREM ET SCABINOS, in politicis vero, uni-  
uersum AMPLISSIMUM SENATVM, qui tamen in leuioris  
momenti causis ad DOMINOS QVAESTORES, *dem Recheney-  
Amt*, omnia remittere solet. Recipiendi quoque coram  
hisce DQM. Deputatis in legem tolerantiae seu ordinatio-  
nem de Iudaeis iurare tenentur.

§. HX.

Præcipua vero lex, Iudaeis, ut mores suos ad illius  
normam componant, lata, est lex tolerantiae, de qua § ant.  
mentionem fecimus, et cuius historiam huic § referuamus.

1) Vocatur in vernacula nostra *die Stättigkeit*, quod nomen

§ bis 10 flor. EQVES DEFRIEDENBERG. de quibusdam Siles. in-  
ribus. L. I C. X p. 209. De nostra sententia v. § XII  
nor. 2. num. (II)

§) *Priuil. Buch* p. cit.

1) Deficiente ista lege Iure statuario et communi Iudaeos  
vri § ant. diximus, nisi ex superstitione illorum, nego-  
tia dependeant, quae libera illis est relinquenda. Ad  
ista vero negotia referimus imprimis caussas caerimonia-  
les et sacras, quippe in quibus a moribus nostris maxime  
dissentiant. Limites transgreditur B. KNIPSCHILD. *de iur. et  
priu. civ. imp.* L. H. C. XXX n. 31 plus tribuens Iudaeis  
atque fas est. Sed instituti nostri ratio plura hac de re  
differere prohibet. In reliquis vero, plurimis saltem,  
nostris legibus obedire coguntur. Nec hoc loco praec-  
ter



a *Stadt* accepit, quod scilicet receptis ius tribuat, in separata hodie, Iudaeorum platea 2) habitandi, sua negotia tractandi, praecipua quae tribuat iura. *AMPLISSIMIS*que *ENATVS* patrocinio utendi fruendi. Quo praecipue tempore prima huius legis elementa sint conflatam, Antiquitas, determinare non audeo. Hoc certissimum est, esse perantiquam, imo iam ante Carolinam oppignorationem valuisse, coniticio. (v. § II h. dist.) Prima eius in scriptis publicis mentio occurrit, quantum ad nostram noticiam peruenerunt, in literis 3) *D. RVPERTO* ab *AMPLISSIMO SENATV MCCCCV* missis, sed quis tum natam fuisse legem nostram credat, quum iam, ut de re notissima, loquantur literae? Quin potius nobis certissime sic persuasum, inde ab illa Carolina oppignoratione, neminem Iudaeum, nisi in legem istam, aut similem quandam, fuisse receptum. 4) Licet interim haec ita sefe habeant, primum tamen huius legis exemplar, in antiquo quodam Legum codice manu scripto repertum, exmeris fere *SCris* circa annum *MCCCLXXX* publicatis, constat, et, quod ad argumenta, ita congruit cum ea, quae *MDCXII* primum exemplar impressum 1613 typis scripta prodit, ut ultimam ex prima diceres conflatam,

C

5) imo

termittenda, quibus, a variis Imperatoribus accepta, gaudent Iudaei, priuilegia, quae exceptionem a iure communi pariunt.

2) Olim inter Christianos, ut in aliis urbibus habitabant, iussu vero *D. FRIDERICI III.* peculiaris ipsis platea concessa est. Vide egregium opus *der Anmerk. 1 Forts.* p. 175. Praelaud. *B. SCHVDY.* P. II Cap. 3; iunge *B. DOM. de LERSNER Chron.* P. II p. 809.

3) *Anmerk. 1 Forts.* p. 117.

4) *DOM, D. ORTH. in adnot. l. C.*



Historia.

5) imo conflata est. Nam, quum prioribus praeteriti saeculi annis, lite SENATVM inter et Ciues orta, negarent Ciues, Iudaeos amplius esse ferendos, legemque tolerantiae (qua cautum: vt tribus singulis annis exspiret, et de nouo redimatur ius habitandi in vrbe, postea vero haec lex recentiori, eaque valida editione est mutata, v. § 15 *der neuen Stättigkeit*) sibi exposcerent, publicaeque in domo mercatoria, circumstante mulco Ciuium agmine, recitarent; accidit, vt typographus quidam, litibus et rixis natus, nomine *Ioannes Sauer*, vir nouitatis studiosissimus, extortam istam legem, eodem adhuc, decimo scilicet tertio anno, praelo subiiceret, 6) propriaque auctoritate excuderet et diulgaret. SENATVS vero, contra, pro eo ac debuit grauiter ea omnia molesteque tulit, et calamitatem a Iudaeis, quos triennio tolerantiae penitus elapso expellendos putarunt Ciues, auertere studens, omnia quotquot exstabant exemplaria, publicata, Cancellariae inferri iussit. Tum vero atrocissimis minis omnem istam exemplorum vim repetiere Delectus Ciuium, (*der bürgerliche Ausschuss*) eandemque iterum legem contradicente SENATV MDXIV renouatis praelis subiecere. Tandem vero, sopita publica ista calamitate, qualem in posterum a dulcissima Patria abesse iubeat, qui nos, nostraque omnia aeternis imperiis regit, DEVS T. O. M.! lex haec, quasi

confiscantur exemplaria.

repetuntur.

- 5) Nisi quatenus non nullae leges, schedulis separatis Codici insertis, additae sint, quas in margine notauit B. DOM. SCHVDT. v. *Iud. Merkvv.* P. III N. VI.
- 6) Titulus est: *der Iuden zu Franckfurt Stättigkeit vnd Ordnung, gedruckt zue Franckfurt am Mayn bey ohann Sauer*, Anno 1613. Historiam plenius tractant Viri nostris elogiis longe maiores, DOM. D. ORTH, I Fortif. p. 119, cui iungas B. DOM. SCHVDTIVM L. VIc. VIII.



quasi seditionis gratia impressa fuisset 7) et diuulgata, per S.C. M. Dominos Commissarios penitus est abrogata, reuocata, proscrip-<sup>abrogatur nouaque scribitur</sup>ta, nouaque, recentis, quae retineri poterant, anno MDCXVI lata, quae prioribus omnibus ( v. § 116 der Stättigkeit ) deroget. Nouissima haec lex, Caesarea Aucto-<sup>confirmatur</sup>ritate conscripta, crebro dein 8) excusa est, et a sequentibus Imperatoribus confirmata. Vltima editio profertur, anno MDCCLIII Aucto-<sup>confirmatur</sup>ritate et Iussu INCLVTI SENATVS impressa, sub titulo: *der Iuden zue Franckfurth Stättigkeit vndt Ordnung, vwie die im Nahmen der kayserlichen Maytt. geendert vndt verbessert worden. de anno 1616.* 9) et haec noua lex singulis annis in Synagoga Iudaeorum praelegatur, et eius momenta inculcentur Iudaeis, oportet; quod § 117 ipsius legis cautum et non interrupto ordine hactenus est obseruatum. Ad-<sup>ius reformandi et abrogandi hanc</sup>duntur nonnunquam et aliae ordinationes, rem Iudaicam respicientes, et vna cum tolerantiae lege praeleguntur. Cuius rei exemplum exhibet § XVI n. (III.)

§ IX.

En! tibi, LECTOR, succinctam huius legis historiam, quae, Caesarea hodie Aucto-<sup>ius reformandi et</sup>ritate lata, Iudaeorum actionibus norma data est. Ne vero illibatum quid relinquamus, age-<sup>matandi.</sup>dum, videamus adhuc de iure reformandi et abrogandi hanc

C 2

- 7) V. praef. edit. nouiss. *vvelche bey vwehrenden vnhendelt obne des Raths Erlaubniss dadarch den gemeinen Mann desto mehr zu erbittern in Druck spargiret worden.* Nouissimam hanc editionem inuenies quoque in *Diar. Histor. Frf.* vna cum monumentis historicis.
- 8) V. c. ANNO MDCLXI, MDCLXXXII, MDCCXIII, in 4to, MDCCV, MDCCXIII in fol. et nonnullis annis bis.
- 9) Expectamus alias adhuc de re politica Iudaeorum ordinationes, quarum iam proposuit momenta SENATVS Viennamque misit.



legem. Equidem legi antiquiori derogare recentiorem, imo abrogari penitus antiquam, quis nesciat? quis dubitet? Quaeritur hoc loco, non quomodo, sed cui competat ius mutandi reformandique has constitutiones? Nec: an INCL. SENATVI? nos dubitare sinit Reformatio patria, P. II tit. XII § 1 (*doch mit vorbehalt, erwachte unsere Stättigkeit nach gelegenheit der zeit und erbeischung der notturffe, haben zu mehren oder zu mindern*) quibus verbis expresse mutandi, addendi, deprehendi, reformandi ius sibi referuat SENATVS, nec conuenientius quidpiam rationi, quam facultatem mutandi legem ad eum spectare, ad quem dandi. Deriuant hoc ius Deputati Ciues in *Diar. Francof.* ex priuilegio quodam LVDOVICI P. M. IV de anno MCCCXXXVIII, quod vero, nisi in Diario isto, adlegatum vix inuenies. At, quid priuilegio opus? Datam a SENATV, praescriptamque legem, sufficiebat; sed hodie, quum Caesarea Auctoritate lata sit illa lex, non ita libera amplius est AMPLISS. SENATVI eius mutatio. Circumscrip- ta paululum et limitata est illa potestas, ita vt non nisi auditis prius iudicis, propositione Imperatori missa et accedente confirmatione Caesareae Maiestatis innouari quid possit. 1) Vide clausulam *der Stättigkeit*, iuncta resolutione de anno MDCCXXVIII, imo et Imperatores, D. in primis LEOPOLDVS, referuatam sibi hac clausula ius exercuere, addendo varia et mutando, cuius rei exempla seq. § adducemus.

libere ha-  
buit Sena-  
tus,

hodie li-  
mitatum,

Confirma-  
runt Imp-  
p. legem,

amplificat  
Leopoldus.

§. X.

Memini, § IIX me dicere, confirmatam ab insequentibus Imperatoribus hanc legem; nec confirmata solum, sed et illustrata, et aucta. Confirmarunt illam, DD. FERDINANDI, II et III, D. LEOPOLDVS d. 27 Jun. MDCLXI, D. IOSEPHVS MDCCV d. 7. Dec. quas confirmationes praefaminis loco posterioribus nonnunquam editionibus praepositas cernes. Amplificata vero, praecipue a D. LEOPOLDO, qui Banno aduersus immorigeros

1) Anmerck. l. c. p. 139.



et nomina contrahentes Iudaeos agere permittit. Non incongruum nobis videtur, de banno speciali acturis, in genere quaedam de banno hic praemonuisse. Equidem antiquissimus est iste coercendi, et officii vt satisfiat, cogendi immorigeros modus. Nomen accepit a *binden* 1) ligare, vincire, hinc in antiquissimis libellis *Band* loco *Bann* inuenimus, et qui in quaerendo eius origines sudant, ad vsque Caini aut Mosis tempora multi adscendunt. 2) Nos, qui non, vt mos est, ex aeuo antediluuiano omnia reuocamus, huic quidem sententiae calculum nostrum addere nolumus; nulli tamen dubitamus, primam eius originem in vltima reipublicae Iudaeae tempora ponere, qui scimus, multis a Seruatore nostro retro saeculis, illum iam in vsu fuisse. SELDENVS de Synedr. Iud. L. I Cap. VII, iuncto Cap. XI et XII eius natales in captiuitatis Babylonicae tempora ingeniose refert, putans, quum nullam habuissent tunc Iudaei saecularem iurisdictionem, vsos ecclesiastica in immorigeros censura, quae, restituta illa, remansisset. Versatur imprimis circa ea delicta, in quae nulla poena expresse est constituta, 3) quae tamen censura quadam puniantur, oportet, et est pro grauitate delicti, vel maior vel minor. Triplicem vulgo statuunt Doctores, quorum minimum *Niddui*, medium *Cherem*, et maximum *Scham-mata*, seu *Anathema* dicunt. 4) Alii vero, cum CEL. CONRADO IKENIO, 5) quem et nos sequi malumus, rectius duplicem

De Banno;

Antiquitas,

Duplex

C 3

- 1) Vid. WACHTER, *Glossar. v. bann.*
- 2) Vid. M. IO. GEORG. BINDRIM *de gradibus excommunicationis apud Iudaeos.* Ienae 1670 cap. I.
- 3) V. IO. CHRISTOPH. GEORG. BODENSCHATZ *kirchliche Verfassung der heutigen Iuden* P. II p. 350.
- 4) Vid. cit. BODENSCHATZ. l. a. iuncto B. IO. LVNDIO *in deners Iudischen Heiligthümern*, p. 860.
- 5) in *Antiq. Hebr.* P. II Cap. V § 36 p. m. 417. iunge eccle-berr.



*Cherem*

tam tum statuunt, Bannumque *Niddui* cum *Schammata* eua-  
dem fuisse, contendunt. Non nostri quidem est, tantas com-  
ponere lites; interim, si quis formulam Banni Cherem rite  
considerauerit, facile, non dari maiorem, nec dari posse, con-  
cedet. Quid enim? Conicitur in Bannum Sanctorum et  
angelorum omnium, omnia dira et morbi violentissimi in  
iplum euocantur, damnatur, et ab omni cum reliquis ho-  
minibus commercio excluso, soli casula, qua latet, procul  
vrbe exstruitur, a regno Dei, et a Sanctorum omnium com-  
muniene aeternum exul pronuntiatur, adhibitis caerimo-  
niis et solemnitatibus atrocissimis, praelegitur formula in  
Synagoga, damnatur nomen ipsius totaque domus, canta-  
tur cornu, vt singulis innotescat, extinguuntur cerei, imo  
et pingua ardenti fornaci imponunt existimantes, vt diuelli  
amplius nequeat soluta ista pinguedo, sic nec diuelli amplius  
posse excommunicatum illum a malorum Daemonium con-  
fortio, et vt extinguantur cerei, sic et ex vitæ libro nomen  
ipsum deleri, 6) et quae sunt reliqua, quae meminisse hor-  
ret animus. Quis crudelius quid vel fingere poterit? Ac-  
cedit adhuc, confundi saepius nomina *Niddui* et *Schammata*,  
et pro leuissimo poni, quem hi faciunt crudelissimum. Mi-  
nus atrocitatis habet Bannus *Niddui*, qui vel a priuati arbi-  
trio pendebat, nec ultra 30 dies, quibus elapsis ad 60, et, si  
nec tum ad frugem redierit, ad 90 dies extenditur, durat.  
Indicatur nuda declaratione, et nuda quoque declaratione  
tollitur. Nec ab omni commercio excluditur excommuni-  
catus, versatur in sua domo, vxor et familia libere omnia cum  
ipso agunt, reliqui quatuor cubitorum spatio ab illo absunt,  
di-

*Niddui*.

berr. quondam ICc. CHRIST. THOMASIVM *Wie weit ein  
Prediger gegen seinen Landesherrn sich des Binde Schlüssels  
bedienen könne?* p. 38/99.

6) BODENSCHATZ p. 353 l. c. LVNDIVS l. c. p. 861.



discit, docet et omnibus iuribus Iudaeorum gaudet.  
 7) Hic est leuissimus, et tamen, vt illum effugiant, omnes  
 neruos intendunt. Vides ergo, Lector beneuole, non exi-  
 guum esse LEOPOLDI istud priuilegium, quo cogere possunt  
 Iudaei, nomina contrahentes Iudaeos. Sed vt est mens hu-  
 mana,

quo copia maior

Est data, plura cupit;

sic et Iudaei, abusi saepius hoc beneficio, in iudicium iam  
 deductas causas, Banno finire, et irrita AMPLISSIMI SENATVS  
 coepta omnia facere, tentauerunt, et omni studio, vt Chri-  
 stiani Magistratus iurisdictioni sese subtraherent, laborarunt.  
 Hinc in AMPLISSIMI SENATVS DOMINORVM SCABINORVM Decretis  
 saepiuscule legimus: *dass sie solchen Bann nicht vweiter exten-  
 diren sollen, vveder sichs gebühret.* Tandem vero, ne quid  
 detrimenti capiat ipsorum Iurisdictione, poposcerunt sibi literas,  
 quas reuersales vocant, SENATVS, easque, anno MDCLXII  
 acceperunt, quibus terminis iterum includebatur ista pote-  
 stas, et licentiae; banni fulmine pro lubitu vtendi, iusti  
 ponebantur 8) limites.

§. XI.

Sub talis quoque Banni comminatione, res amissae aut <sup>transitus;</sup>  
 furto ablatae, restituro tamen erogato pretio, recuperari  
 solent. Fundatus est iste modus res suas repetendi in § 81  
 legis tolerantiae, cuius verba huc transcribere placet;  
*Wann jemand bey dem Iuden Schul-Kloepfer umbein Iuden-Schul-*  
*Band ansuchen vviird, den soll der Schul-Kloepfer vor allen Din-*  
 gen <sup>verba le-</sup>  
<sup>gis,</sup>

- 7) De differentiis Banni Iudaici et veterum Christianorum  
 v. Consummatissimum quondam Ictum B. IVST. HENN.  
 BOEHMERVM in *disp. Iur. Eccles. Ant. Disp. III § 33 p. 140.*  
 8) V. *Anmerk. l. c. p. 139.*



gen fragen: ob er das versetzte Pfand, vvo es gefunden vviird, loesen vvolle; wann dann der oder dieselbe das Pfand zu loesen vwillig, vnd auch das Pfand besser, als vier Gulden, so solle der Schul-Kloepfer ohne vorwissen vnd zulassung der Burgermeister kein Schul-Band thun, sondern die Personen, so das begehren vor die Burgermeister vweisen, die den ansuchenden auch fúrhalten vnd von ihnen vernehmen sollen, vvo das Pfand gefunden vviird, ob sie dann vwillig seyn dasselbe zu loesen. Seynd sie das zu thun erboetig vnd versprechen den Burgermeistern oder ihren einem, dem nachzukommen, alsdann vnd sonst nicht soll das Schul-Band erlaubt vnd vollzogen vverden.

§. XII.

Generalia ad. h. § 81. *Lex haec non recens vel nouiter est addita, aut primum nouissimae editioni inserta, sed iam ex antiquo isto codice manu scripto in primam de anno MDCXIII editionem, et ex illa tandem in nouissimam migrauit, verbis parum, mente antiquitas. legis penitus non mutatis. 1) In antiqua additum cernimus: Decretum Donnerstags post Egidü 2) MDXXXVII. Gaudeasitaque*

1) Quod ex collatione adparet. Vix verba mutata dicere audeo, quae vsui potius loquendi, et genio linguae adcommodata videntur, v. g. loco *vvaun*, *dafern*, loco *vbietetig*, *erböhtig* legitur, et quae sunt reliqua.

2) Non verbotenus desumpta est ista lex ex Decreto, quod stilo relatiuo compositum ita sonat: *Solle man den Juden in ihre Staettigkeit setzen, das sie kein Schulbann thun sollen, derienig, so das begehret, sag dann zu vor zu das versetzt ding zu loesen, vnd vvo die summa dapper, vnd nit gar gering vvaere: so sollen die Juden, ohne vorwissen eines Burgermeisters, keinen Schulbann thun lassen. Ne vero quid relinquamus, paucis adhuc de hoc decreto dicamus: (1) Ipsum Bannum iam iam*



que, LECTOR, contigit nobis esse tam felicibus, ut, quod in aliis frustra saepe quaeritur, prima legis nostrae incunabula, primosque natales inuenerimus! At, ne nimium triumphes, vix euincere quidpiam exinde poteris quam sermonem tum hac de re in SENATU fuisse. Iam ut de re nota loquitur SCtum ut de re, quam in meliorem ordinem reducere cupit. Quando itaque inuenta primum ista methodus? quando? Perantiqua est, et quae forsitan cum ipsis Iudaeis in Germaniam nostram translata. Perantiqua, in cuius natales inquirere est operam et oleum perdere. Interim, si coniecturam nostram audire placet, in fauorem forte mercaturae, cui soli fere Iudaei quondam dediti erant, (v. § II et quem hic adlegamus AGOBARDUM, Lugdunensem Archiepisc. *de insolentia Iudaeorum* sub fin. ubi inter alia: *quod mercata in Sabbatis Iudaeorum celebrari solita, transmutari praeceperint, Iudaeorumque optioni, quibus diebus habenda sint reliquerint, conqueritur*) haec erogati pretii restitutio concessa est, ut negotia sua eo securiores tractent, nec, quod a rei vindicatione sibi timerent, haberent quidpiam. Quod vel exinde probabilius fit, quod per omnem fere

D Ger.

iam tum in usu fuisse, vel me non monente, quisquis videbit. Inconsultius quondam egisse Iudaei, et Bannum sine praevia de restituendo pretio admonitione, indixisse videntur, quae res, ingentis litium segetis mater, mutari et reformari debuit. (II) Quaeres: quis compilator ex verbis *dapper* 4 florenos extorsit? Certe et eisdem quaero. Sed, forte quod ad nos non peruenit, aliud hac de re SCtum existat, consuetudine fortassis introductum, aut ex Decreto quodam intellectum. Quid? quod forte de maiori summa nequibant iudicare Iudaei?



Germaniam olim haec consuetudo, aut hocce forte privilegium sese extendebat. Sic enim in SPECULO SAXONICO L. III. art. VII. fin. legimus: *Was der Iude von andern Sachen unuerboblen und unuerstohlen bey Tages lichte und nicht in verschlossenem Hause kauft, wenn er es selb dritte bezeugen kan, so behalt er sein Geld daran, das er dafür gab, oder darauf liehe, wie er es bewehret, ob es woh gestohlen ist. Mangelt es ihm aber an Zeugen, so verlieret er sein Geld.* 3) Verba certe notanda, et quae ingentem nobis lucem in posterum accendent. Vid. etiam IO. IAC. von und zu WEINGARTEN Fasc. diu. iur. P. I p. 334 *Ordin. Furtenf.* 4) § 44. Hoc tamen notes, si placet, hodie non amplius valere in Saxonia hoc ius, sed in defuetudinem abiuisse, imo et legibus esse abolitum.

§. XIII.

Caerimonias.

Vt in omni actu legali, maioris auctoritatis gratia, solemnitates quaedam adhiberi sueuerunt; ita et in hoc Iudaeorum Banno, caerimoniae quaedam et sollemnia, maior ut excitetur in animis spectantium reuerentia, adhiberi solent, quae non praetermittenda duximus. Antea vero quam Bannus vel a DOMINO CONSVLE 1) permittatur, vel a Iudaeis indi-

3) V. B. IO. NICOL. HERTH, summi quondam ICI, de *subiect. terr.* Diss. § 8.

4) quam exhibet Vir P. R. ANDR. VVÛRFEL in der *Historischen Nachricht von der Iuden Gemeinde in der Hoffmarcks Fürth.* p. 20.

1) Iungamus instructionem DOMINORVM CONSVLEVM § 74: *So offr vwegen entwendeter oder gestohlener Sachen oder Pfand, deren Werth über vier gulden antriff, ein Iuden Schulbann begehrt vvirrd, so soll der Schulklepfer die Personen an die Burgermeister verweisen, und ohne deren Vor-*



indicatur, praemonenda est pars impetrans, negotium hoc esse peculiare, et pretium erogatum restituendum; tum quaeritur ab illis, num reddere velint? Quo adfirmato, Bannus decernitur, et a pulsatore Iudaeorum Scholastico, vulgo *dem Schulklopffer*, (seu scholae praefecto, aut Aedituo Iudaico. Nomen habet a pulando, quod scilicet malleolo ligneo fores Iudaeorum quotidie pulsare teneatur, ut surgant, et prima luce preces fundant, quae superstitio ex verbis Davidis, Psalme LVII v. 9 ortum trahit, quae verba in Codice Sacro ita sonant: *Excitabo auroram* etc. sed haec in transitu dixisse sufficiat) finita verbi diuini praelectione, dum alii in inuoluendo Sacro Codice laborant, publice praelegi solet.

2) Occupat pulsator aram, seu excelsum in Synagoga locum, *Atmenor* dictum, et quae sit res amissa, aut furto ablata, specificè describit, monetque, ut si quis rem emerit, eam restituat, simulque denunciat, pretium grata mente redditum iri. Fit non nunquam, quod ex mera tamen veri domini liberalitate pender, ut praemium adhuc quoddam promittatur, aut nomen restituentis non iri diuulgatum spondeatur, quod vero, inprimis vltimum, abusum redolens, tanquam legibus perquam contrarium, ab

D 2

SENA-

Vorwissen vnd Zulassen kein Schulbann erlauben; Vnd haben auf solchen Fall die Burgermeistere denen Ansuchenden Vorzuhalten vnd von ihnen zu vernemen: Ob sie wann die Sachen oder das Pfand gefunden worden auch vwillig seyn dasselbe zu loesen, vnd das dafür bezahlte Geld wieder zu erstatten, und da sie solches zu thun erbietig vnd dem also nachzukommen versprochen, alsdann ist der Schulbann zu erlauben vnd zu vollziehen.

2) B. SCHVDT. l. c. II \*Nn p. 287.



Formula

SENATV nunquam adprobatur. Hoc facto Iudaeus possessor rem vel ipse, vel per aedituum, vel per Aedilem, quem *Baumeister* vocant, vero domino restituit, erogatumque sibi pretium postulat. Formula Banni ex B. DIETERICI SCHVABII *detecto velo Mosaico Iudaeorum* dicitur desumpta, sed quum, nescio qua, raritate laboret iste liber, non contigit mihi esse tam felici, ut inspicere illum potuissem. Operae itaque pretium duxi, et de auctore et de libro notatu dignissima in notulis adiicere. Formulae huic, quae nuda, et quae specifica descriptione, solito Banno adiecto, absolvitur, stricte est inhaerendum, nec quidpiam facile mutandum. Hinc, quum in causa S\* contra *Wolff Maas* et Sororem *Schönge* MDCLVI, forte ob furti commissi magnitudinem, (quippe gemmae 1600 thal. pretium adaequantur ablatae fuerunt) alia formula ab isto *Wolff Maas* exhibita fuisset, decrevit AMPLISSIMVS DOM. SCABINORVM SENATVS: 3) *Den Gesuch wegen des anzulegenden grossen Bannes in ansehung dererienigen Juden, welche die Invvelen quaestionis in Händen oder sonst Wissenschaft haben mögten vvo dieselbe hingekommen vnd dermahlen befindlich vvaeren, iedoch also vnd dergestalt, dass gedach.*

3) Non tam formulam exhibet SCHVABIVS, quam descriptionem, v. B. SCHVDT, l. c. Interim et de SCHVABIO pauca dicamus; nomen viri erat DIETERICVS SCHVAB, qui relicta Iudaeorum superstitione, anno MDCXIII Paderbornae pio Christianorum gregi adscriptus et sacro lauacro tinctus est. Conscripsit librum, sub titulo: *Detectum velum Mosaicum Iudaeorum, d. i. jüdischer Deckmantel des Mosaïschen Geseztes*, quod opus Paderbornae prodit MDCXV in 4to, Colon. MDCXVI Mogunt. MDCXIX. et sine loco notato MDCLXVI Miror raritatem operis, quum tot sint eius editiones. Scri-



*dachter Schulbann nach der hierzu von dem lungern Herrn  
Bürgermeister erhaltener Erlaubnis nicht nach dem sub lit B.  
ad acta gekommenen formular, sondern auf die vnter den Iuden  
gevvöhnliche Weise durch den Schul klöpfer angelegt vverde.  
Decretum d. 11 Aug. anni disti.*

§. XIV.

Multa contra aequitatem huius Banni, imprimis ab iis, <sup>aequitas.</sup>  
qui Iuri Romano nimium inhaerent, et neglectis, aut post-  
habitis certe Germanorum statutis, ingenia veterum Iure  
Consultorum volumina nocturna diurnaue manu voluunt,  
in medium proferri solent. Est negotium Iudaeis peculiare,  
est negotium iuri communi contrarium, de quo nil, ne-  
que in XII Tabb. LL. neque in ff. scriptum; proscribatur  
ergo e Republica Germanica, et ad Garamantes et Indos  
relegetur. Quasi vero nil nos haberemus, quod, li-  
cet in Iustiniano codice, adoptiuo Germaniae filio, non  
proprio, haud reperiatur, sanae tamen rationi conueniat.  
Quaesitum est occasione huius § 81: an res erepta, aut furto

D 3

ab-

Scriptio tota in tres partes abit, I de Calumniis Iu-  
daeorum, II de precibus eorum et cultu, III de vsura  
agitur. Vernacula omnia. Vltimae editioni praefami-  
nis loco praemittitur de XII Pseudo Messis narratio. V.  
10 CHRISTOPH. WOLFF. Hamburgensis Ministerii immor-  
talis ornamentum, Biblioth. Hebr. Vol. III p. 211 et  
Vol. I p. 333.

- 4) Voluit nuper fidem mihi facere Iudaeus quidam, quo-  
cum hac de re sum loquutus, non vbiq; Bannum prae-  
legi, sed rem solummodo describi, facta de reddenda  
ea adhortatione, interim tamen *Schulbann* dici. Fal-  
lor, aut repetenda hic admonitio Alexandri M. Ale-  
xandro cuidam data: Aut nomen muta, aut mores.



ablata, Iudaeorum cui in pignus data, vindicari posset. Adfirmant omnes, nec nostrum calculum negamus. Vindicamus rem nostram, ubicunque locorum inueniatur, et in dominium nostram gratis iterum reuocamus. Hoc vult Lex naturae, hoc disponit ius civile, hoc adprobat ius statutarium, nec obstat nostra lex. Sed, quod putarunt non nulli, haec adfirmatio iuris non ferit. Hoc tantum quaerimus: an res per Bannum extorta vindicari queat? et hoc, lege nostra fulti, negamus. Ut ingredi hanc viam nemo cogitur, ita et, qui est ingressus, commoda et incommoda contexta ferat, oportet. (1) Sed forsitan aliquando penitus extirpare R. V. et semper, licet non fuerit per Bannum extorta res, precii erogati restitutionem postulare voluerunt, et hoc ausu huic quaestioni ansam dedere Iudaei, quod de Furtenibus ex literis consultatoris S. V. CAPITULI BAMBERGENSIS, SENATUI Patriae MDCXXXVI die 2 Ianuarii missis, quas inspicere mihi licuit, colligo, ubi quaeritur: *40* Ist es onehin bekandten Rechtsens, quod res furtiuae a quocunque possessore et detentore vindicari possint, und solche entfremdete und gestohlene Sachen, ohnentgeltlich restituirt vverden müssen, also dass sich fraget: Ob es bey dero Schutz verwandten Iuden schaffr zu Franckfurth damis eine solche Beschaffenheit habe, dass der.

- 1) Laudamus suffragantem Virum nostris encomiis maiorem DOM. D. ORTH. Ann. 1 Forts. p. 191. V. Ord. Wormat. de anno MDCIX § 14 verbis: *Waere aber sonsten etwas hinter ihnen befunden, so einew andern Frembden oder Inheimischen zuständig vud entwandt, aber ohne Schulhandt erkundigt, und wieder angetroffen vvaere vworden, sollen die Iuden auch dasselbe, es sey ihnen gleich verkauft oder versetzt, ohne vvidererstattung dafur ausgelegten Geldes, dem rechten Herrn zu behaendigen schuldig seyn.*



dergleichen bey denen Iuden sich vorfindende, oder vorgefundene entfremdete und gestohlene Sachen müssen ausgelöset, oder vor Geld wiederum an sich gebracht werden? Sed responsum ab INCLVTO SENATV, rem furtiuam, secundum Iuris communis statuta, etiam a Iudaeo vindicari; quod si vero per bannum extorsio fiat, tunc vindicatione quidem concessa, restituendum esse pretium erogatum. 2) dat. 14 Febr. a. MDCCVII.

§. XV. At, dubitas forte, Lector, an et ad alios casus, in lege nostra non ita expresse nominatos, Bannus noster extendi et applicari possit. Negabis, et, vt ius, iuri communi, Legibus Imperii, imo, et Reformationi patriae P. II tit. II § 2 contrarium, quam potest maxime restringendum putabis. Quae

an ad alios  
quoque  
casus ex-  
tendenda?  
obiectio-  
nes

2) Mos est peculiaris circa hanc rem in terris Brunsvicensibus, de quo Vide *Chur. Braunschvv.* L. o. v. c. P. III C. IV p. 442, cuius tenor hic est: Ne emat Iudaeus res furtiuas. Quod si vero res ipsi oblata quaedam fuerit, de qua, num furto ablata sit, dubitet, emat quidem illam, sed praescio officio praetorio, (*mit vnserm Gericht. Schulzen. Amts Vorbevvust*), et literis acceptis, eamque sex menses intactam apud se seruet, nec vendat cuiquam. Hoc semestri spatio, si quis proprietarius rem esse suam probauerit, restituat Iudaeus rem emtam, pretio, et praemio quodam, *einer ziemlichen Nebenbeliebniße*, restituto. Sed quis ingens priuilegium Banni nostri, prae hac restitutione, aut si mauius vindicatione irregulari, non cernit? Eximitur res per sex menses ab omni commercio, ignaua iacet, nulla commoda, nullas vsuras praestat. E contrario, apud nos, res, vsque dum Bannus fiat, est et manet in commercio, nec venditio eius, nisi in fraudem legis fiat, prohibita est.

2.  
2  
2



Quae contra rationem iuris constituta sunt, ad consequen-  
 tias non esse producendas, inquit PAVLVS: l. 14 ff. de Legibus.  
 Et quid? nonne melioris essent conditionis Iudaei, si et ad  
 alios casus extendere velles hanc legem, quam Christiani,  
 quam ipsi ciues? quum deterioris tamen et dicantur, et esse  
 debeant, et sint. Haec erunt, quibus pro sententia restricti-  
 ua militabis, argumenta. Sed, Amice Lector, peculiaris est  
 legis nostrae ratio. Non in aliud quippe inuenta ista metho-  
 dus, quam, partim vt eo securiores tractent sua negotia Iu-  
 daei, partim vt eo citius res iterum restituantur suo domino,  
 qui frustra saepe, vbi sit, quaereret. Rarissime autem talis res  
 pignori constituitur Iudaeis. Quid magis cupiet fur, quam  
 vt re furtiua liberetur? Non iniquum igitur, nobis quidem,  
 videtur, mente et ratione legis probe pensitata, hanc no-  
 stram legem ad omnes eos casus extendere, quibus quis de  
 nouo quasi emere, quam rem non possidere, imauit. Nec  
 certe in hoc negotio, licet in aliis quibusdam non dissimulem,  
 1) melioris sunt conditionis Iudaei, quam Christiani. Quid? er-  
 go et Christianis, et ciuibus restituitur pretium erogatum?  
 ergo et inter illos rei vindicatio cessat? Regulariter, vt iam  
 diximus, nec inter nostrates, nec inter Iudaeos. Sed, quis  
 quaeso negare poterit, iniri posse cum Christiano, (modo  
 ne ipse fur sit, aut sciat rem esse furtiuam) pactum, de pre-  
 tio

1) Promisit in eleganti *de Iudaeorum Moeno Francof. conditio-  
 ne duriori prae Ciuibus ac incolis Christianis* DOM. D. GOTT-  
 LIEB ETTLING, aliam de meliori Iudaeorum conditione  
 disquisitionem, quam cordatus quilibet mecum auide  
 expectat. Dum ea prodeat vide B. DOM. D. IO. TODOC.  
 BECKII, Antecessoris in hac Academia famigeratissimi,  
 tractatum vtilissimum *de Iur. Iudaeorum*. C. V, VI et  
 passim.



tio erogato, re reddita, restituendo? ut negotiorum gestor, qui ab interitu rem seruaret? nonne valebit lex ista priuata? quis iudex nullum pronunciarer tale pactum? unde sollemnis ista formula: lubens precium soluerem, modo res mihi reddatur? rei vindicatio est beneficium, cui renunciare nemo nequit. Atqui vero, en tibi LECTOR! talis contractus intercedit inter possessorem Iudaeum et Dominum vindicantem seu proprietarium, stipulatione adhuc sollemni et Domini Consulis auctoritate intercedente, cui, se restitutum pretium, promittit. Quorum vero ista disputo, quum lex mihi sit, quam opponere negantibus possem, lex omnem rem definiens, sed non scripta. Minime certe sunt mutanda, quae interpretationem certam semper habuerunt. l. 23 ff. de LL. Optima legum interpres, consuetudo, in nostram, aut nos potius in ipsius abimus sententiam. Mille sunt, quae, si opus ducerem, longo ordine huc possem transcribere, praecidia. Videbis aliquot in Doctissimi Domini Interpretis legum Francofurtensium Tom. I p. 131, quibus, multas ob causas memoratu dignissimum illud, in causa S\* contra *Wolff Maas* et Sororem adhuc iungimus de anno MDCCLVI, quae licet in secunda instantia adhuc pendeat, hoc tamen sufficienter demonstrat, etiam in causa furti, suam hunc Bannum utilitatem habere. Vides ergo, rationem huius legis suadere extensionem, vides leges, re ipsa extendisse; quis de hodierno dubitet vsu?

§. XVI.

Bannus igitur ille, praescripto et legitimo modo indictus, rem suam vindicantem ad soluendum precium adstringit. Haec regula esto. Sed nulla est sine exceptione, dicunt. Excipiuntur et hic casus quidam, in primis tres, quos enumerabimus. Non impedit ergo R. V. iuris communis Bannus noster, (1) si ipse restituens fur sit aut gratis accepit.

E

si gratis  
Pre. accepit.



Pretium enim erogatum, non rei, restituendum venit, et quid vis ei restituum, qui nil perdidit, qui nil dedit? In *Wormatiensi Ordinatione* cautum legimus [ne quidem si a fure emerit Iudaeus, sciens, pretium ipsi esse restituendum, sed, aut vindicationi faciat locum, aut iuret, se bona fide emisse.

§ 14. Quid Francofurti? ubi omni cum furibus commercio interdictum Iudaeis? § 69. Particeps certe sit furti, nec quidquam lucrabitur. Imo si veritas aliter evinci non possit, quis iurandum Iudaeo neget? modo adsint probabiles rationes Iudaeum in emtionis contractu furti conscium fuisse, hinc et si post bannum emat, furti necessario confiteus, R. V. locum iterum faciet. (II) Si dolo usus, Bannus ut indictus fuerit, operam dedit, v. c. si rei vindicationem metuens, procuravit bannum, ut, restituto pretio, aliquid saltem habeat, quod sibi sit solatio. Accidit talis casus anno MDCCCLIV, quo Iudaeus quidam *Herz Fabrgass* rem iri vindicatum metuens, eo causam deduxit, ut Bannus fieret. Quo indicto, omnia statim reddidit, pretii sibi restitutionem, suo quasi iure, postulans. At, quum demonstratum a domino vindicante fuerit, Iudaeum notitiam iam ante Bannum susceptum habuisse, (inprimis vero quia erogati pretii restitutionem dissimulavit) decretum in AMPLISSIMO SENATU: Ut acceptam pecuniae summam restituat, expensas ferat, et decem imperialium mulctam solut. d. 18 Apr. d. a.

(III) denique: Si res quam restituit in eorum numerum pertinet, a quarum commercio excluduntur Iudaei. Quum enim §§ 65, 69, 70, etc. *der Stättigkeit*, varia excipiantur, quae Iudaei nequeunt emere: iam ex ipsa legis prohibitione patet, ea omnia gratis esse reddenda. Restitutio enim erogati pretii est beneficium legis, quod frustra implorat, qui contra leges peccat. Pertinet etiam huc privilegium anno MDCCX ab AMPLISSIMO SENATU limbolaris, *den Possameutirern*, datum,

si dolo  
bannum  
procuravit.

si res non  
est in com-  
mercio Iu-  
daeorum,

quo



1) quo Iudaeorum commercium in sericis limitatum est. Verba priuilegii sunt: *Soll den Iuden mit allem Ernst — verboten seyn, einige Orsey, Neapolitan, oder Genuesische noch andere Seyden, so nicht inchartiret, sondern ihnen, Iuden, in strengen zugebracht, oder Chartenweis mit ihnen, Iuden, zu vertauschen gebracht wird. wvieder von Meistern, Gesellen, noch Iungen annehmen oder kauffen.* Et quominus dubites, an talis res vindicetur, audias finem huius articuli: *bey Verlust derselben Waare, obs auch gleich durch einen Schulbann offenbahr wvürde, beneben vorbehaltener Straffe.* Licet vero in casu speciali, anno MDCXXX transactum fuerit inter limbolariorum ordinem et aediles Iudaeorum, ab AMPLISSIMO tamen SENATU eodem anno d. 12 Martii decretum: *sonsten aber die Handvercks- Articul, so viel sie die Iuden betreffen, der Stättigkeit so iährlich in der Gassen verlesen wird, eingeruckt, und mit verlesen werden sollen.* Quis ergo, confirmato eodem anno priuilegio, ex casu speciali, non standum amplius dictis, adseuerare audeat? Scimus contra ea, quorannis adhuc in Synagoga Iudaeorum hunc articulum praelegi, Iudaeosque, ne contra illum peccent, sedulo admoneri.

§. XVII.

Disputationem nunc adgredimur, quae in diuersas saepius partes agitata, praetermitti hoc loco nequit. Duae scilicet proponuntur quaestiones, de eo quod re per Bannum extorta, fieri debeat. (I) Quaeritur: an possessor Iudaeus, et ab illo fur, seu qui pignus dedit etc. sit nominandus, (II) an erogatum pretium iuramento sit manifestandum? Tentatum quidem saepius, semper contradicentibus Iudaeis, et communem, vt fit, querelam exinde facientibus. Quid lex? in lege nihil cautum, nihil decitum. Contigit talis casus

II Quaest.  
1) an auctor nominandus?  
2) an pretium iuramento manifestandum?

E 2

1) V. Handv. articul. art. 6.



negat Do-  
min. Auct.  
adnot.

casus iam anno MDCLXXX d. 30 Aprilis, quo esse omnino iurato manifestandum erogatum pretium, in AMPLISSIMO SENATU decifum est. Verba decreti haec sunt: *Dass die Gestohlene Wahr so lange im Verbott zu lassen, bis der käufer die aydtliche manifestation, vver selbige ihm zu Hauffs gebracht, und wie hoch er sie erkaufft, gethan haben vvirdt. Y*) At opponit huic praeciudicio CLEBERR. DOM. AVCTOR adnotationum ad Reformationem Patriam, aliud idque recentius praeciudicium, de anno MDCCXXV d. 17 Sept. quo creditum ait in AMPLISSIMO DOMINORVM SCABINORVM SENATU: Nullo modo cogi posse Iudaeum, ut semet ipsum et alium prodat, tale quid Iudaeorum caerimonis contrarium plane, nec intolerantiae legibus ullibi esse dispositum; porro, imputent sibi, et de se querantur, qui hac methodo vsi sunt, si quid non tam grati acciderit, et hanc quidem sententiam rationi legis magis convenientem putat Consultissimus Dominus Auctor. Quid enim? inquit, est peculiaris illa methodus res suas citius recipiendi, cui nil, quod palmarium istum finem retardet, addendum. Quod si vero nominare auctorem, pretiumque iuramento firmare deberet, haberet certe Iudaeus, quae retardare possent restitutionem, argumenta. Prima porro huius legis ratio est, ne quis semet ipsam prodere, aut specialiori inquisitioni ansam dare teneatur; hinc et naturae negotii negans sententia conformior quam adfirmans, quae, quod beneficium darum est, in onus ingens transformat.

§. XII.

1) Existat B. DOM. RASORIS, Syndici Patriae meritissimi hac de re responsum de anno MDCLXXX manu scriptum, quod inspicere nobis licuit, qui adfirmanti sententiae subscripsit.

2) V. I Band p. 130 sqq.



§. XIIX.

At permittat Consultissimus Dominus Auctor Commentarii, si in re indefinita, et quae in diuersas partes agitari potest, in aliam sententiam transeo. Non id vano fit contradicendi, aut elatae laudis cum Tanto Viro dimicasse, aut viruperabili quodam docendi studio, a quibus omnibus, qui me nouerit, longe sciet esse alienum; sed solummodo ut et quae nos putamus,

ut si

Coecus iter monstrare velit,

paucis adiiciamus. Verum enim vero, contraria magis mihi ridet sententia, quam quae, largiente id ipsum Consultissimo Domino Commentatore nostro, iuri naturae et Imperii legibus conformior videtur. 1) Nihil enim acquitati magis consentaneum, quam ut vel maxime Iudaeorum in abnegando fingendoque pretio cupiditati obuiam eatur, et omni modo veritas eliciatur.

Aere minuto,

Qualiacunque velis Iudaei somnia vendent.

Iudaeorum fidei, et, ut, nescio quis, qui in supplendis Plauti fabulis sudauit, ait:

nostra aetas non multum fidei gerit,

omnia essent relinquenda, in qua parum praesidii, si famae, temere vix nascenti, credimus, inueniretur. Praecipua ratio, quare Iudaeus rem reddat, in religioso superstitionis vinculo, in Banno, qui non restituentem, sic ut umbra corpus, sequitur, quaeratur oportet. Banno coactus, non sua sponte, inuitus, non volens reddit; hinc retardare negotium

E 3

aucto-

1) L. c. p. 130.



auctoris nominatio vix poterit, quum ex solo Banno, quem iuramento magis horrent Iudaei 2) pendeat. Interest reipublicae, fures nosse, vt praecauere sibi ab illis possint Ciues, imo ipsi Iudaei, nil periculi cernentes, subornare possent pessimos homines, vt surripiant, vt furentur pretiosas res, ex quarum furto vel lacrum percipiant, vel nullum certe damnnum sentiant. Ansam praebere commercio inter Iudaeos et fures, expresse, et in omni statuto, interdicto. Prodere ergo potius se et alios cogantur Iudaei, dent speciali inquisitioni locum, quam vt vel minimam salus publica iacturam faciat, et ciuitas fures alat, Iudaeos et nostrates, qui in hoc banno praesidium sibi quaerant. Lex indeterminatum reliquit, determinetur ergo. Suppleatur ex lege communi, suppleatur ex naturae legibus, suppleatur ex iure Imperii, suppleatur denique ex ipsa tolerantiae lege § 57: *vvehre es auch, das einiger Iudt oder Iudin ohnrvissend als auf solche ihnen zugebrachte Sachen geliehen oder gekaufft hette, der oder dieselbige sollen auf der Herrn Burgermeister begehren, denienigen so ihnen solches zu haus gebracht anmelden vndt nahmhafft machen, bey gemelder Straff,* quae § licet de Banno nostro non agat praecise, tamen, fallor, aut hocce negotium egregie declarat. Eadem ratio est secundae quaestionis. Iudaei pro luctu augere pretia possent et quod lex expresse negat, emolumentum aliquod capere; nec dubito facerent. Non est, quod obiciat auctoritatem Banni, cuius et nos h. § mentionem fecimus et quam plus reformidant, quam iuramentum. Dimicantur hoc telo, sed arcu perquam remisso. Sic enim in *Iessel Schulkloepfers unserthänigem Bericht* de anno

MDGLXXX

*ad Udam.*

2) adseruit istud *der Schulkloepfer Iessel*, in pro memoria d. d. 2 Febr. 1680.



MDCLXXX d. 2 febr. legitur: *Mancher Iudt wann er hiezugehalten seyn sollte, wurde den Kauf lieber Verschwueigen als offenbahren, notatum ibi, a B. Domino Syndico RASORE, ni fallor, video: ubi igitur manet religio Banni? Sed licet ea, vt Iudaci gloriantur, sic se haberent, Bannus tamen nihil operari poterit. Sub Baani enim religione nil nisi restitutio rei, non pretii manifestatio desideratur, hinc quid operari possit?*

Iurato metuam tibi credere testi,  
 inquit IUVENALIS, quid iniurato? Sed euoluamus, vt meliuscule ea  
 declarentur, aliarum prouinciarum statuta et ordinationes. Vi-  
 cinior *Hassia* primas teneat. In *Capitulatione Iudaeorum Hanouien-*  
*sium de anno MDCCXXXIX § 32* inter alia cautum: *ledoch wollen*  
*vvir in Faellen da der Stadt Franckfurth angehoerige et was verloh-*  
*ren, oder auch, da ihnen et was gestohlen, vnd vnsern Iuden zuge-*  
*heimisches waere, sie aber dessen sichere Wissenschaft nicht habern*  
*koennen (nam si hoc, R. V. locus esset v. § XVI) wegen re-*  
*stituirung des danfur ausgelegten Geldes, bey der Widerherausgab,*  
*wie auch bey nicht mehr befindlichem Versatz, oder Verkauff bey*  
*vnsern Iuden, es auf die nemliche Weise gehalten haben, wie*  
*vnser Vnterthanen vnd angeborige in dergleichen zu Frankfurth*  
*gegen selbige Iuden gerichtet vverden, dergestalt, das solehe*  
*mit Vntschuld vnd vvvissenheit erkaufft gestoblene Gut denem*  
*Franckfurthser Eigenthums Herrn nicht ebender soll restituirt wver-*  
*den, bis vnsern Iuden das er vveislich ausgelegte vnd aufge-*  
*wvante Geld zuvorderist vvider erstattes seye. En! quem*  
 principem testem tibi producam, CANDIDE LECTOR! Non  
 enim tam de suis hoc loco disponit, quam de Francofurtensibus,  
 quibus, iure retorsionis vsus, rem non antea restituendam  
 disponit, quam restituito dem er vveislich ausgelegten  
 vnd aufgewvanten Geld, ergo et Francofurti demonstrerur

probatur  
 ex aliarum  
 prouinciarum  
 legibus.

DE RE IUDICA LIB. II. CAP. III. §. 14. 68

n.  
 e.  
 n.





et manifestetur erogatae pecuniae summa, opus est. Qui vero aliter id fieri potest, quam per iuramentum? Licet enim detexerit furem Iudaeus, et uterque in pretio conueniat, quis non metuat collusionem? Hinc et B. RASOR in responso ad legato inquit: Wolte man nun gleich ihnen hierinnen gratificiren, wiewohl ich nicht sehe, das es de iure geschehen kann, so wurden jedoch benachbahrte Fursten und Herrn, wann ein Fall, welcher ihre unterthane concerniret, vorkombt, sich daran nicht binden lassen, vveilen es iuri communi zuwieder, in der Stättigkeit nicht befindlich, und also auch mit keinem Kayserl. priuilegio manuteniret werden kan: wvllte man es aber allein gegen die Burger gelten lassen, so werden dieselbe auch in diesem Stück deterioris conditionis seyn als die Fremden, ja gar als die Iuden, dann kein Christ auf erfodern dergleichen, etiam medio iuramento an Tag zu geben mit recht sich vveigern kann. In ordinatione Wormatiensi de anno MDCXIX: gegen Erstastung ihres ausgelegten Haupt-Gelds (welches sie, mit leiblichen Eyd, behaupten und beweisen sollen.) Conueniunt ordinationes Pragensis, 3) Oppoliensis, 4) Furtensis, 5) reliquae. Sed, ne quid amplius de Francofurtensi, dubites, edoceant, quid iuris sit apud nos, praecudicia, quorum nonnulla adducamus. NITIVS B. DOM. RASORIS responsum praecudicio de anno MDCLXXII d. 17 Iunii; nos de alio, quod anno MDCLXXX. accidit, et de quo exstat responsum RASORIANVM, § ant. diximus, sed opponit Dominus Commentator noster suum, de anno MDCCXXV d. 27

et ex praecudiciis.

- 3) V. VVEINGARTEN fasc. diu. iur. P. I p. 334 in Cod. Ferdinando — Leopoldino — Josephino — Carolino p. 255.
- 4) Opplisch und Ratibor. fürstenthümer, art. 54 von Iuden.
- 5) Citatum DOM. WÜRFFEL p. 20 § 34.



d. 27 Sept, et aliter sensisse DOMINOS SCABINOS (quod ita fortassis intelligendum, fuisse quosdam DOM. SCABINORVM, qui in dicendis sententiis dubitauerint paululum) adserit. Nihilominus tamen minus eodem illo anno, sed in alia causa, firmiter inhaeserunt huic sententiae AMPLISSIMVS DOMINORVM SCABINORVM SENATVS. Quum enim tunc ope huius banni stola nigra restituta fuerit, et scholae Iudaicae aedituus XI primum thaleros posceret, sufficere dein nouem (En Iudaeorum fide!) diceret, conclusum in AMPLISSIMO DOMINORVM SCABINORVM SENATV, *dass furohin, wann durch einen Schulbann die gestohlene Sachen wieder heraus kommen, der Schulkloepffer den Käufer anzuzuzigen, dieser aber, wann es der oder dieienige, so bestohlen worden, verlangen würde, eydlich zu manifestiren gehalten sein solte, wie viel er vor das gestohlene Gut bezahlet habe?* Zumahlen einige praecudicia bey Herrn Schultheiß vnd Schöffien vor Jahren allschon desfalls ergangen, vnd hiebeuor allschon solche Eydliche Manifestation vor billig, recht vnd nöthig erkunden worden. de die 28 Dec. MDCCXXV. Sic et in adleg. S\* contra Wolff Maas et sororem Schöngge, et de anno MDCCXLI d. 19 Iun, in causa E\* contra den Schulkloepffer, decretum, in quo vltimo 6) notamus verba: *eydlich, bey der Thora in der Iuden-Schule zu bestaerken.* Haec, et alia, quae forte longo ordine adlegare possemus, praecudicia, quae vero, quum in conscribendo Tomo I occupatus fuisset Consultissimus DOMINVS D. ORTH nondum exstiterunt plurima, satis monstrant, quid hodie circa istud negotium iuris sit in alma Patriae Ciuitate.

F

§ XIX

6) Hac causa etiam de sportulis decisum, sic, vt, si Iudaeus confirmaret pretium, E\* expensas ferat, sin minus diceret, exsoluat illas Iudaeus. Sic et nunc in tali casu iudicandum erit.



§. XIX.

quid si non  
restituat?

Diximus haecenus, BENEVOLE LECTOR, de eo, quid iuris sit in casu si restituerit Iudaeus rem emtam aut pignori sibi datam; sed facile intelliges, non omnem tam esse religiosum, ut rem reddat. Quid tunc? quid si, lucri cupidus, velet potius, et abscondat rem, cuius in banno restitutio postulatur? Certe, nullum est dubium, rem, si rescuerit verus dominus, tanquam ab eo, qui introducto pro se beneficio uti noluerit, vindicari iterum posse, nulla erogati pretii restitutione facta, inprimis quum primarius finis, ciuitatis rei restitutio, effectu destituatur. At hac poena lise est composita? Quid censet? Est negotium, quod Consulari Auctoritate, quam ludere nefas, geritur. Nec inultum hoc erit, sed arbitrariae subiicietur poenae. Erit is in Banno Iudaeorum, qui, tanquam morbidum pecus ob violatam religionem, a praefepibus illum arcebunt et ob laesas leges violatamque Dominorum Consulium Auctoritatem, vel corporis poena, vel muleta arbitraria idem coercetur, quae, licet expressa in § nostro non sit, ex generali tamen legis tolerantiae clausula et ex ipsa legis notione euinci poterit. Quid? quod poena in aliis ordinationibus (ut statuta ex statutis explicemus) expressa legatur, v. c. in *Capit. Hanov.* Auf dem Fall aber, das Schulbann gethan und das verlohrene und gestohlene Guth von ihnen verschwiegen, und nicht angezeigt, dannoch aber bey einem vnter ihnen gefunden worden vnaere, soll solche person es nicht allein herauszugeben schuldig, und ihres ausgelegten Geldes verlustigt, sondern auch vns ihres Meyn. Aydis und Stillschweigens halben zu gebührlicher Straff vnnachlässlich verfallen seyn. Par est ratio Iudaeorum Francofurtensium; nam et hi in legem tolerantiae iurant, et, si nihil igitur adsit amplius, periurii tamen poenam dent.



dent. Explicemus porro ex lege ciuili, secundum quam  
extraordinaria poena locum habet, quociens nulla est legi-  
bus definita Vide COTHORRED. adl. 1 §. 1 ff. de effractoribus  
et expilatoribus et quum malum actionis hic habeas, cur  
malum passionis non infligatur?

§. XX.

E contrario vero, et Iudaeo, si pretium restituere re-  
cusaret impetrans, beneficia legum competunt. Poterit  
dum acceperit pecuniam, rem retinere, quod iam in prac-  
iudicio de anno MDCLXXX adprobatur, verbis: *alsdann vvo  
der Klaeger C\* N\* das vermittelst Aydes angezeigte Kauff Geld  
innerhalb Atonaths Frist ihm nicht restituiren wvürde, dem  
Juden das gekauffte Guth zu verkauffen und des ausgelegren Gelds  
halben sich bezahlt zu machen zugelassen seye, das vbrige ober in  
der Cantzley deponirt vwerden soll.* Poterit et proprietarius  
de re restituenda cautionem poscere, et breui, gaudent  
omnibus beneficiis iuris. Consultius interim, vt omnes am-  
bages euitentur, credimus, si, vsque dum ambobus sit fa-  
tis factum, res apud DOMINVM CONSULEM deponatur, qui  
pretio accepto suum vnicuique tribuet.

beneficia  
iuris lu-  
daeo re-  
linquenda.

§. XXI.

Et haec sunt, CANDIDE LECTOR, quae, ex Decreto MA-  
ENIFICI IVRECONSULTORVM ORDINIS, Speciminis Inaugura-  
lis loco, paucula de Banno nostro in medium proferre et  
voluimus et potuimus. Ignosceas virium nostrarum, quas  
imbecilles scimus, tenuitati, si non pro eo ac optamus, de-  
sideriis Tuis maiora forte expectantibus, fatistecimus. Scis,  
quot difficultates exsuperare debeant, qui in Germanici  
F 2 iuris

Epilogus.


m.  
e.  
m.



legibus, heri aut nudi tertius excoli coeptis, explicandis, operam suam collocant. Mirandum certe, iura patria tam diu intacta quasi et inculca fuisse, quum amplissimis commentariis adscititia iura illustrata et explicata videamus. Quid vero? *Nos nunquam ciues Romani facti, sed Germani adhuc dum censemur*, inquit PERILL. DOM. L. B. de SENCKENBERG. in *Methodo Iurisprudentiae App. III § 61.* Relinquamus igitur subsidiaria, et ex vberissimo patriarum legum fonte vnusquisque hauriat. Superemus difficultates, remoueamus obstacula, laboremus, pro virili quisque, vt patriarum legum prudentia euoluatur et explicetur. Non est in Germania nostra bonarum legum penuria, habemus constitutiones prudentiae laude Romanis ne latum vnguem cedentibus; sed inculcus hactenus ager, et in posterum inculcus manebit nisi patriae suae quisque statuta explicet. Haec si consideraueris, laboribus nostris aequi bonique consulcs memor trici istius, Poetae:

Est mihi pro facto saepe, quod esse potest.

F I N I S.





Altdorf, Diss. 1756-60




f  
56.









B.I.G.

Farbkarte #13



757.4a

419

Q. D. B. V.  
 NAVGVRALIS IVRIDICA  
 DE  
 IVDAEORVM

QVO  
 S S. R. I. LIBERAE CIVITATIS  
 M FRANCOFVRTENSIS  
 VEL FVRTO ABLATAE  
 TVTO PRETIO  
 CVPERANTVR  
 VVLGO  
 N-SCHVL-BANN.  
 EVEN IVDEN-STAETTIGKEIT.

QVAM  
 AVCTORITATE  
 CONSVLTORVM ORDINIS  
 LICENTIA  
 ROQVE IVRE HONORES  
 REGIA DOCTORIS  
 CONSEQVENDI  
 V DITORVM EXAMINI  
 EXPONIT  
 PETRVS SCHLOSSER  
 M FRANCOFVRTENSIS  
 DVCALI QVAE HELMSTADII FLORET  
 SCRIPTVS.

CIVLII c1616cclvii.  
 G. STANNO HESSELIANO.